

3035.

90

D. O. M. A.
Theses.

De Judicijs.

Quas

Jussu scituq; amplissimi Collegij Juridici,
Sub Præsidio

**VALENTINI GVILIEL-
MI FORSTERI J. V. D.**


Juridic. Facult. adjuncti, & Judicij
Electoralis Curia
Advocati,

*Pro gradu Doctoratus in utroq; jure conse-
quendo, defendent.*

BCNAVENTURA COTTA DE GOTTHIS GOTHANUS,
FERDINANDUS SEACK DRESDENSIS,
CAROLUS SITOVIVS ANCLAMENSIS POMER:
JOHANNES VVILHELMUS UNTZERUS HALENS. SAXO.

Habebitur disputatio

In auditorio majori, majoris Collegij,
18. Decembr. horis matutinis
& pomeridianis.



VVITEBERGÆ.

Typis VVolfgangi Meisneri.

1598.

1598

1598

6.



E. O. M. A.

Theses

De Juris

Omnia

Institu scilicet amplissimi Collegij Juridici
Sub Præsidio

VALENTINI GUILIELMI

MIFORSTERI J. V. D.

Juridicæ Facultatis admodum & Juridici

Electoralis Curie

Advocati

Pro gradu Doctoratus in utroque Jure conscriptæ

quædam Dissertationis

BOVAVENTURA COTTA DE COTTIS COTHANUS

THEODORUS COTTA DE COTTIS COTHANUS

CAROLUS SITOVIVS ANGLAMENSIS TOMER

JOHANNES SVILHIANUS UNTERSHANNUS SAXO

in præsentia

In auditorio amplissimi Collegij

18. Decembris hora matutina

conveniens



WITTEBERG

Typis VVilhelmi Meißneri.

DISPUTATIONIS, DE JUDICIIS,

pars Prima.

Quam defendere
BONAVENTURA COTTA
 de Gotthis; susci-
 piet.

THESIS I.

AN CHRISTIANO HOMINI An.
 litigare liceat, & in iudicio versari? non est
 expeditum; Clemens Alexandrinus, qui
 sub Severo, circiter annum domini 200. vi-
 xit, tradidit, Christianos non posse contendere iudicio,
 nec coram gentibus, nec coram sanctis: Et Anabapti-
 stæ Christianum orbem ἀραξία tali confundere nitun-
 tur. Nos quidem ipsi cum Cicerone fatemur, à litibus,
 quantum liceat, abhorrendum, & omnia prius verbis,
 quam jure; esseq; non modo liberale, de suo jure de-
 cedere; sed interdum etiam, fructuosum; cum miseria
 sit litis comes; cæteroqui quod Christiano litigare li-
 ceat, statuentes.

II.

Consilij verò prudentiæq; ratio est, ne quis facile li-
 tigeat; quippe quod in iudicijs magnæ sæpius molestiæ
 devorandæ; multi sumtus faciendi; & anceps sen-
 tentiæ periculum subeundum; & quod tela litium
 non hominum solum, sed & cervorum & cornicula-

rum, vivaces, quandoq; superat ætates; & lites fiunt seculares: si quis tamen opus habet, ei iudicio persequi rem licet; adeò quidem, ut, etsi sit boni iudicis, omni curâ componere lites; is tamen partes invitas, ad ineundam transactionem, de jure communi, regulariter compellere non possit.

III.

Abfit autem ut cautelas, vafras atq; veteratorias illas, Dilecti, Cæpollæ & c. quibus iudicium procrastinare docent, indignas lectione, quemadmodum Duaren. putavit, heic admittamus; non dicamus etiam, quod alij tradunt; iuste litigantem, posse convincere adversarium cum malitia; eumq; circumvenire. Etsi namq; JurisConsultus verè nominetur, qui legum & consuetudinis, & ad respondendum, & ad agendum, & ad *Caevntum* peritus est: aliud tamen sunt cautiones, aliud malitiæ & cavillationes.

*Æquivo-
catio.*

III.

Judicij nomen (quod, authore Varrone alij à *δικάζω*, alij à dicando, alij aliunde derivant) æquivocū est. Nam & pro dijudicatione, & pro ultima voluntate, & pro actione seu accusatione, & pro cōdemnatione, & pro decreto, & pro sententia sumitur; ut & pro re quæ determinat causam & litem. Denotat etiam cognitionem Magistratus, & accipitur pro disceptatione causæ apud iudicem quemcunq; & in specie pro iudicio pedanei iudicis, & alijs aliquot modis.

§. Varias

5.

V.

Varias *judicij definitiones*, Maranta & alij congef-
ferunt. In quas singulas inquirere, ejus foret, quem
labor agitat: ait Uldarie. Zaf. & de fe scribit Dua-
ren. quod aliquando integrum annum confumfe-
rit, in definitione judicij explicanda: cum aliquot
divisionibus; fed tandem has nugas valere jufferit.
Nos ftatuimus, judicium efle legitimam rei con-
troverfae inter litigantes: apud judicem difcepta-
tionem, five tractationem.

Definitio.

VI.

Non minus *divisiones judiciorum* multiplices vul-
gò conftituunt; & aliud quidem neceffarium, aliud
magis voluntarium, nimirum arbitrorum: Item aliud
Ecclefiaticum, de perfonis, & rebus Ecclefiaticis;
aliud feculare. Quamvis autem Epifcopi Jurifdictio-
ne de jure civili fortassis non habuerunt, ut quidam opinan-
tur, nec, ut cenfet vir doctus, habere poffint, quin tamen
cognitionem, & judicium aliquod habuerint eo jure,
dubium ferè nullum; & fcimus quis hodie Reipublicae
fit ftatus; adverfus quem aliquid afferre; forfitan ho-
minis privati non fit.

Divifio.

VII.

Faciunt etiam judicium aliud petitorium, poffeffo-
rium aliud: & inter refcindens & refciforium diftin-
guunt; Quam differentiam etfi Cujae. & Gifan. exi-
ftiment reiiciendam; & refutatione ne quidam dignam,
nos tamen fano fenfu, retineri poffe ftatuimus: & hoc
juxta; quod petitorium cum poffefforio, etiam reti-
nenda, conjungi poffit: quicquid Bartol. Donell. Me-

A 5

noch.

noch. Coras. & alij dissentiant; itemq; quod rescisoria non aliter detur; nisi prius usucapione rescissâ, per officium judicis, aut in integrum restitutionem: adversus Ufill. Hotom. & alios plures.

VIII.

Etiam si verò Gifan. & alij negent, sunt tamen alio respectu, Judicia vel ordinaria; vel extraordinaria: quæ vulgò summaria nominant. Quorum à Dd. sat multa referuntur; & dubitatum aliquando fuit; num sicut naufragij, sic & incendij causa, debeat in istum ordinem ceteri? quod circumstantijs jubentibus, negabatur: ut & hoc judicialiter obtentum; quod in summarijs, possessorio nim. instituto, Interrogatoria sint concedenda.

IX.

Alia ratione judicia vel publica vel privata sunt. Et quamvis addant alij iudicium centumvirale, quod tamen in his contineatur, opinamur: Publica cum grano salis, rectè quis dixerit criminalia, & popularia. Quænam autem sint, & unde dignoscenda criminalia, civiliaq; judicia? non ita constat: Nos ex fine ad quem agitur, principaliter discrimen esse colligendum, constituimus: contra plerosq;.

X.

Partes seu
confe.

Omne verò *judicium constat* his rebus quatuor, velut partibus, sive causis: personis ad iudicium pertinentibus; rebus in iudicium deductis; formâ & ordine actionis; & fine agendi. Personæ vel principales sunt; vel accessoriæ: Principales velut actor, reus & iudex. *Actor* autem est, qui prius ad iudicium provocat; & cum ambo provocant, in iudicijs forte duplicibus, forte res

Actor.

diseerni

discerni solet. In causa verò legis diffamari, est diffamato jus actoris tribuant, Castrensis, Afflictus, Decius, & alij; attamen communis in contrarium etsi, quam etiam Camera sequitur, quoad causam principalem, Gailio teste.

XI.

Omnes regulariter *agere possunt*, qui non prohibentur. Prohibentur autem quidam naturâ, velut infantes, pupilli, furiosi, mente capti, muti & surdi simul, Alij jure, ut servi, minores 25. annis sine curatore; deportati, monachi, prodigi, si quidem interdictum Magistratus adsit. Id enim requirimus, non ignari, quod Donellus & alij quidam in diversum eant, Sed & inter maritum & uxorem actiones famosæ, durante matrimonio, institui non possunt; & inter patrem & filiū lis esse nequit regulariter; & si potest, non tamen sine veniâ. sed nec extraneos convenire potest filius, adventicij, vel profecticij peculij nomine; sine consensu patris: quemadmodum nec pater sine consensu filij puberis, de peculio adventicio, in quo ususfructū habet, suo nomine rectè agit, ut Donell. & Pinell. contra Bartol. & Bald. rectè docent. Procuratorio tamen nomine si pro alio filius interveniat, vel de bonis castrensibus & quasi castrensibus agat, consensus non desiderabitur; invito licet Accursio Bartoloq;. Tandem jure Can. agere prohibentur excommunicati.

XII.

RENS, à re sic dētus, quē *ρέον* & alio nomine *Φένγον* *RENS.*
 ἡ Græci nostri vocant, est qui actionē propulsat,
 seu

seu à quo res petitur. Possunt autem omnes rei fieri, tam in civilibus, quam criminalibus causis. Excipiuntur tamen magistratus temporales majores: Item minor, pupillus, servus in causâ civili; furiosus: cum satis furore ipso puniatur; & tamen diligentius custodiendus erit; ac etiam interdum vinculo cœercendus, quoniam tam (alij quia tam. MS. adjicit particulam NON) ad pœnam quam ad tutelam ejus, & securitatem proximorum pertinebit. Quo casu quæri solet cujus suntibus veniat custodiendus; an Magistratus, an verò proximorū? Et fuit decisum; quod proximorum.

XIII.

Judex.

Judex (qui à viro bono non differt, quicquid Coras. & Cujac. dicant) est juris disceptator, de lite partium cognoscens; & vel ordinarius, vel extraordinarius, Ordinarius qui jure Magistratus, secundum modum jurisdictionis suæ judicat, ut sunt Imperator, Reges, Electores, Duces &c. & erant olim Magistratus. Etsi namq; Duaren. Cujac. Menoch. & alij quidam existiment, magistratus duntaxat extra ordinem judicare potuisse; ordinariè non item: nos tamen contrariam sententiam, cum Donello, Vultejo & alijs defendere nitentur.

XIII.

Extra ordinarius judex est, qui non suo jure, sed vel ex commissione Magistratus ut delegatus, qui proprium nihil habet, (Nam legatus proconsulis ne mandatâ quidem jurisdictione proprium aliquid habet, uti contra Cuiacium rectè Donellus docuit)

& ne

& ne quidem subdelegare regulariter potest, vel ex partium consensu judicat, ut sunt arbitri: quorum sententiæ non aliter atq; judicium stringunt; adeo ut si sit compromissarius, ne quidem appellatio regulariter habeat locum, ut opinio communis est & vera. Ab arbitratoris tamen sententiâ, datur reductio ad judicem ordinarium; intra trecennium: cujus sententiâ, sive laudum illud confirmet, sive infirmet; beneficio appellationis impugnari potest; ita tenentibus Baldo & sequacibus; contra Bartol. & asseclas.

XV.

Porro Judicis dandi licentia, non jurisdictionis simplicis est: ut Duaren. & alij Dd. com. opinabantur; sed potius, ut Alciat & Cujac. rectè, imperij mixti. *Judicem* enim dare possunt, quibus hoc lege, vel cõstitutione, vel senatus consulto cõceditur; & quibus id moribus concessum est, *propter vim Imperij*, ait Paul. Pedaneus autem, nisi à Principe, vel cum licentiâ subdelegandi, datus, alium judicem dare nequit, et si dissentiat post alios Fachineus.

Dare judicem.

XVI.

Non autem omnes *judices dari* possunt, ab his qui judicis dandi jus habent. Quidam enim naturâ impediuntur, quidam lege, quidam moribus. *Natura* veluti surdus, mutus; An & cæcus? Distinguunt Accursius & cæteri, qui eum sequuntur, & post eos Robertus. Nos ad judicis officium indistinctè cæcum admittimus; cum Duareno, Donello & alijs. Item prohibentur naturâ ne judices sint, perpetuò

Dari judices.

B

furio-

furiosus, & impubes; quia iudicio carent: Quibus accensent pleriq; reluctans licet alijs, illiteratos, & juris imperitos iudices pedaneos. Sanè de minore 25. annis, anceps est & lubrica quæstio Num iudex esse possit? Affirmat Govean. Duar. Cujac, & alij recentiores pleriq;. Negant Græci, atq; cum ipsis Donellus constanter; & si notæ solennes post obitum editæ sunt Cujacij; ipseq; luculentè. Quam & nos viam ingredi tentabimus.

XVII.

Lege præpeditur qui senatu motus est, item publicè excommunicatus, & similes infames: ut frustra vulgò dimicent, an infamis excusare se possit? si tamen à principe ex certâ scientiâ dati sint, de infamia ipsorum non facilè fuerit excipiendum. Laici quoq; in quibus causis audientia Clericis concessa, non cognoscunt: Ergo vicissim sacerdotes à laicorum secularibus litibus abstinento. Sed & nominatim à parte petitus, & cui tam curta suppellex, ut de suo victum non habeat, difficulter admittatur.

XVIII.

Moribus arcentur, quo minus iudices esse possint, fæminæ & servi. Quoniam tamen consuetudo per contrariam tolli potest, ideò si ex consuetudine vel privilegio fæminæ possint habere jurisdictionem ordinariam; possunt etiam iudicare: quemadmodum & antiquitus in eos compromitti poterat, si Cujacio credimus; & jure Canonico potest compromitti. Sed & servus communi opinione pro libero habitus, si jure Magistratus iudicavit, iudicium publicæ utilitatis causa sustinetur; ut habet

diffici-

difficilis lex Barbar : licet eam in alium sensum variè varij torquere nitantur.

XIX.

Cæterum, non sufficit, ut quis sit *judex*; sed ut sit *Index* idoneus, necessum est, sit etiam *competens*. *Compe-*
competens. *competens* autem nostris dicitur, qui ei rei de quâ agitur, itemq; personæ adversus quam agitur, competit, id est, proprius est & suus. Nam si coram alio reus conveniatur, potest ad suum judicem revocare, & opponere mox in primordio litis, exceptionem incompetentiæ, seu declinatoriam fori; Et tunc coram incompetente gesta, pro nullis habentur, & talis defectus non potest sanari; juxta Vant. quippe quod basis, & lapis angularis desit.

XX.

Potest tamen incompetens judex è mutuo litigatorum consensu fieri competens, per jurisdictionis prorogationem, modò tamen jurisdictione sit talis, quæ prorogari queat; & personæ, causæ, & modus, atq; alia quædam, prorogationem non impediant. An autem mandata jurisdictione prorogari possit? itemq; an Clericis liceat Laici judicis jurisdictionem, Episcopo consentiente, prorogare? & an si quis in certo causarum genere jurisdictionem habeat, illa possit ad alias causas prorogari? valde lubricum & obscurum est. Nos illud cum Donello contra Cynum Azon. Zas. & Vult.: istud cum jure divino & civili, nec non Donelli, Cuiaciq; item Zangeri. Vult. Goedd. & aliorum auctoritatibus, contra Pontificios Canones; hoc cum Neothericis

adversus communem usum receptam astruere, & in theoriâ tentabimus, propugnare.

XXI.

Æstimatur autem forum competens, ex parte rei. Actor enim rei forum sequitur; regulariter, non Reus actoris. Sortitur autem forum Reus, partim jure communi, partim privilegiato. Jure Communi. Domicilio; obligatione, re de quâ agitur ibi sitâ, & causâ; Domicilio vel communi. i. e. Româ (poterat enim quilibet olim Romæ conveniri, tanquam in domicilio orbis terrarum) vel privato; eoq; vel originis, vel ubi larem, rerumq; ac fortunarum summam constituit. Hinc mulier dotem in loco domicilij debet exigere; non ubi confectum est Instrumentum, etsi dot in re immobili consistat. Etsi verò communiter statuunt, decennij habitatione domicilium constitutum præsumi; rectius tamen Menochius, & alij; judicis arbitrio id relinquendum censent. Nam & studiosus etiamsi diu in aliquo loco degat, si se tanquam studiosum gerit, domicilium ibi non contrahit; & hodie ex consuetudine incolatus animo acquiritur: juxta Gail.

XXII.

Obligatione, vel ex contractu, vel ex delicto. Nam ubi quis contraxit aut deliquit, (quod ex consummatione potius, quàm inchoatione, censendum est, uti contra Petrum & Cynum, Zangerus docuit) ibi convenitur. Adeò quidem ut in delictis remisso de jure civili fuerit necessaria, quicquid Græf. & alij dissentiant: Hodiè verò magis est arbitraria; & non admodum in Germaniâ frequen-

tatur;

tatur; præsertim si par eam postulet à pari. In civi-
libus verò remissio locum non habet, & est illa Jo-
hannis & Azonis opinio contraria, ab omnibus fe-
rè explosa: licet doctus vir, in eam inclinare vi-
deatur. An autem delinquens, in quocunq; loco, an
saltem in loco domicilij repertus, conveniri possit?
Prius istud cum recentioribus affirmabimus; adver-
sus Azonem, Accursium, Bartol. & alios vetustio-
res. Sanè sunt, qui à loco contractus in locum domi-
cilij revocandi jus habent. Nam Gajus, inquit, si
quis in legatione constituerit, quod ante legationē
debuerit, non cogi eum ibi iudicium pati, ubi con-
stituerit. Nec ei resistit Ulpian. nec urget neces-
sitas, ut cum Contio, Charonda, Pacio, textum ipsius
mutemus, & pro Conveniri debere, legamus, con-
veniri non debere.

XXIII.

Ratione quoq; *REI*, de quâ agitur, quis obnoxius
fit jurisdictioni. Nam in rem actionem in locis, in
quibus res, propter quas contenditur, constitutæ
sunt, adversus possidentem moveri jusserunt Impp.
Quod tam de re mobili, quàm immobili, quemad-
modum adversus Hugolin. & Petr. alij commun:
nec solùm de proprietate, sed etiam de possessione
debet intelligi; modò de possessione potiùs ipsâ,
quàm de crimine vis adhibitæ, controvertatur.
Nam hoc casu, videbatur ibi, ubi de cæteris crimi-
nibus, agendum. Quòd etsi Donellus neget, ve-
rius est. An autem de possessione, & proprietate
possit etiam in loco domicilij agi, si res ibidem
non extet? Et vicissim an reus actione reali con-

veniri possit, in loco rei sitæ, si non ibi commoretur? illud contra Donell. & alium doctum virum, istud contra Paulum De Castro, Sichard. & Cujac. affirmabimus: utrumq; cum communi schola.

XXIII.

Sed, & *cause* ratione, reus forum sortitur. Causæ namq; feudales, si lis sit inter dominum & Vasallum, coram paribus Curia, licet ordinarij iudices nō sint, ut adversus alios disputat Amedæus à ponte lombriasci; examinantur: nisi alia sit, per iudices alios, veluti per consilium principis &c. cognoscendi consuetudo; & nisi ad pœnam agatur: sic etiam inter Vasallos ipsos, Dominus est iudex. Dominus enim ordinariam jurisdictionem habet; adeo ut etsi laicus sit; Vasalli Clerici; jurisdictionem hanc nihilominus in Clericos exercere possit. Nōnunquam tamen in feudis Ordinarius loci cognoscit. Tandem ratione *privilegij* quidam eximuntur alterius jurisdictioni, & fori privilegio gaudent: veluti sunt miserabiles personæ, viduæ, & pupilli, item studiosi, item Principes, & alij imperio immediatè subjecti, qui habent privilegium primæ instantiæ, *Der Austrage etc.*

XXV.

Etsi verò iudices tam ordinarius, quàm delegatus, tanquam suspecti propter certas causas recusari possunt; admissi tamen officium suum faciant omnes: juxta leges & mores judicando, æquitatem stricto juri præferendo; certam sententiam,

qua

qua fieri potest, proferendo; victori victum in expensas litis, etiam, ubi opus, non petitas, condemnando; temporis rationem, ut lites abbrevientur, habendo; secundum acta & probata potius, quam secundum conscientiam privatam iudicando; Nam illud Johannis melius est, quam hoc Martini; paucis multa, virum bonum, & bonum iudicem, agendo.

PARS SECUNDA.

De personis, in Iudicio, accessorijs;

Ad cujus conclusiones, re-

spondebit, Ferdinandus Starck
Dresdensis.

XXVI.

Haecenus de personis, quæ principaliter in iudicio interveniunt. Sunt etiam quædam *minus principales*; seu adminiculantes: velut *ex parte* quidem *judicis*, assessores, Actuarii, tabelliones, adparitores, viatores &c. Sunt autem assessores jurisperiti, & juris studiosi, τὰ ἐκ τῶν νόμων ὑφεισμένοι instruentes potius iudicē, quam ut ipsi iudicent. Officium ipsorum constat in cognitionibus, postulationibus, libellis, edictis, decretis, epistolis, ait Paul. Scribarum officium, fideliter iudicij acta conscribere: Viatorum, ut quæ ex commissione iudicis fieri debēt, litigantibus, & alijs denuncient; & citationes, mandata, atq; similia insuum quæq; locum ferant.

XXVII.

Litigatoribus accedunt Advocati, & Procuratores. Advocati, ab eo, quod in consilium advocentur nominati; & aliâs patroni, quasi patres, & Causidici, Oratores, Rhetores, itemq; togati, & penulati dicti, sunt qui causis agendis, quoquo studio operantur, sive ut JureConsultus ait, qui desiderium suum vel amici sui, olim quidem in jure, apud eum qui jurisdictioni præerat; hodiè etiam apud quemvis judicem, exponunt, vel alterius desiderio contradicunt. Compræhendit nimirum prima definitionis pars, advocatum ex parte actoris; posterior advocatum ex parte rei. juxta Panormitan. Etsi verò Accursius Gothofred. & alij quidam, existiment, quod olim etiam apud judices pedaneos postulari potuerit: contraria tamen Duaren. & VVesenbecij sententia verior est.

XXVIII.

Dicuntur autem hi postulare & allegare, & experiri, & ambigua fata causarum dirimere &c. Et possunt postulare omnes, qui non prohibentur. Prohibentur autem postulare quidam edicto; aliqui lege: alij sententiâ judicis.

XXIX.

Edicto quidem in totum alij, alij non in totum. *In totum* tam pro se, quam pro alijs velut minor 17. annis & surdus. Nam ille, ni Doctor juris esset, in integrum restitui posset, iste verò Prætoris decretum exaudire nequit. *Non in totum* prohibentur postulare, quibus Prætor, vel pro se tantum permisit; vel

pro

pro se & certis personis. *Pro se* tantum postulare possunt mulier; (quod tamen de jure Saxonico ne quidem potest, sine Curatore ad litem) cæcus & insigni turpitudine notabiles: ut muliebria passus, capitali crimine damnatus, & qui operas suas, ut cum bestijs pugnaret, locaverit. Quibus tamen si tutelam vel curam gerant, pro pupillis suis & minorennibus postulare licet.

XXX.

In tertio ordine prohibitionis sunt, quibus prætor *pro se & certis personis* postulare permittit. Quales sunt qui lege, vel edicto prætoris, ut infames notantur. Hi namq; postulare possunt pro illis ferè personis, quas in jus vocare sine veniâ non poterant, & contra quas inviti testimonium nec dicere, si tamen fuerint in integrum restituti, vel pro ijs, quorum tutelam curamvè egerunt, postulare velint, tum etiam citra offensionē edicti possunt.

XXXI.

Prohibentur etiam aliqui *lege* velut hæretici, vel pagani. Nam et Magistratus, Christianis duntaxat, & orthodoxis, mandatur; & pro hæreticis ne quidem alius postulare potest; licet ipsi pro se & coniunctis ad agendum admittantur: juxta Clarum. Dicuntur autem hæretici, qui fidei Catholicæ Apostolicæ obstinatè adversantur; & quorum religio publicè est damnata. An ex eo genere Calviniani sint censedi? Affirmat Ludovic. Schvartzmaier; Sed nos Theologis & ad quos cognitio quæstionis istius, quinam sint hæretici, spectat,

decidendum relinquimus. Nec enim decet falcem
in alienam immittere messem.

XXXII.

Prohibentur etiam lege postulare Decuriones
adversus patriam suam; Item Clerici, & Monachi;
qui si contra ecclesiam, à qua beneficium habent,
advocare præsumant, tanquam in grati, hujusmodi
beneficio spoliari possunt. Advocati, qui partem
litis depecti sunt; Vasalli adversus Dominum, nisi
malint amittere feudum; uti nec alij adversus
principem suum, vel dominum territorij, item
qui non inventi patronum, patrociniū præsta-
re, datus à judice, detrectat: Item fiscus, civitas.
Item judices atq; arbitri in ea causâ, in qua sunt ju-
dicaturi. Et alij, qui legitimam personam standi in
judicio non habent. An autem qui inter litigato-
res in primâ Instatiâ judicavit, in causâ appellatio-
nis, patrociniū præstare possit ei, pro quo senten-
tiam tulerat? Accurs. negat, Anton. Faber affirmat.
Et pro hujus opinione defendendâ laborabimus.

XXXIII.

Non conceditur etiam assessoribus, Advocati
munere fungi: ne quidem apud alium Magistratū.
Nec tamen opus, ut propterea cū Donello, Franc.
Balduino & alijs dicamus l. pen. De offic. assessor.
per l. fin. C. eod. tit. esse abrogatam. An autem se-
natores advocacione fungi possint? Negat elegan-
tissimis rationibus, Jan. Langlæus. Cui subscribi-
mus, salvis tamen exceptionibus.

XXXIII.

Sententia judicis postulare prohibentur, quibus

ad tem-

ad tempus sive in perpetuum postulatione interdicitur. Ad tempus tamē prohibiti, tempore decurso, postulare possunt: ne scilicet pœna tempore determinata, contra sententiæ fidē, ulterius porrigatur, ait Papinian. Sed nec egreditur prohibitio personā prohibentem.

XXXV.

Aliās vero in tantū firmæ validæq; sunt hæ prohibitiones, ut & vtriusq; partis conventionē nequeant convelli, ac contra prohibitionem postulantes, extra ordinem pecuniariā pœnā, pro æstimatione iudicis, mulctentur; exceptis tamen ijs, qui aliorum curam gerunt, & necessario officio funguntur. Officij namq; necessitas a pœnā solet excusare. Et ratione officij necessarii, licet aliquid, quod alias non liceret, ait Innocent.

XXXVI.

Cæterum ut Advocati persona sit idonea, atq; legitima, *plura requiruntur*. Nam & per statuta tempora quinquennij legum eruditioni inhæsisse oportet Advocatos; etsi Rebuffus & alij hac in re dissentiant. Nam indoctus non habetur Advocatus, & non dicitur legum doctor sed legum dolor, juxta Pacian. licet in dubio præsumatur doctus, juxta Rutgers. Ruland: & oportet duplex examen sustinuisse, & receptos esse in matriculā ubi, sūt Advocati statuti.

XXXVII.

Oportet etiam Advocatos esse disertos ac facundos; non tamen nimium loquaces: ne eis dicatur; *garrula pica tace*. Melior est enim prudentia indiserta, quàm stultitia loquax. Nec aureo hamo piscari

debet, & nimis divitijs inhiare. Nam si lucro pecuniaq; capiatur, inter vilissimas numerabuntur; ajunt Impp. Facit enim avaritia pecuniæ misera mancipia; quemadmodum Valer. Max. loquitur.

XXXVIII.

Caveat etiam, quâ fieri potest, ne audiat, quod sit Advocatus Chymicus, & istud Baldi, quod Advocati sint modicæ conscientia, Item illud Duaren. Advocati norunt omnes fraudes, & omnes technas, item, quod Paul. De Castro & alij; auth: *rem non novam*, esse quidem utilem, pro salute judicum & Advocatorum, si eam observarent. Sed malè, inquit, eam observant. Breviter sit in consilio cautus, in patrocinio fidelis, in judicio justus. Discatiat causæ qualitatem, plenâ inquisitione, & maturâ deliberatione habitâ, clientuli sui desiderium exponat judici, ne festinatione præproperâ prostituat causam. Adhibeat etiam in causis suscipiendis cautionem, quam Quintilianus Oratori præscripsit: cogitans, quod Advocatus, qui justis studet litibus, facilius famam & divitias nanciscitur, quàm qui omnes sive bonas, sive malas amplexatur.

XXXIX

Susceptâ causâ, servetur Gailij præceptum; & inquirat Actoris Advocatus præcipuè, actio quam intentare nititur, sit ne fundata? & an intentata cum suis requisitis necessarijs possit probari? Rei verò Advocatus, num per legitimas & sufficientes exceptiones, eam elidere possit? Si nunc causam imprudenter susceptam iniquam esse cognoverit Advocatus, dimittat. Nec tamen opinione nudè conce-

ptâ.

ptâ. Nam judicis est in causis semper verum sequi; patroni nonnunquam verosimile, etiam si minus sit verum; defendere; ait Cicero, si justam deprehendat, amplioris honorarij, vel favoris gratia, & nec aliàs deferat, Clientes enim, ut Cæsar dicebat, sine summâ infamiâ deserere non possunt: nisi justæ subsint causæ, quarum aliquot elegantes Langlæus recenset.

XL.

Etsi verò, moneant multi, cavendum à novis & juvenibus Advocatis; quippe, quod, ut Nevizan ait, Advocatus juvenis confusor sæpe sit litium; hâc tamen in re delectus habendus. Nam inter artifices longa differentia est, & ingenij, & naturæ, & doctrinæ, & institutionis, ait Ulpian. Advocatum quod atinet, tutius est, ut ante non incipiat agere, quàm vires suas diligenter exploraverit; diuq; versaverit.

— *quid ferre recusent,*

Quid valeant humeri?

Ut ita susceptum à se munus cumulatè explere possit. Cogitet tamen etiam illud proverbiale: *Esto advocatus juvenis, medicus senex*: nimirum, ne fiat advocatus in alio seculo; sicut vulgò luduntur illi, qui jam senes, legali disciplinæ operam navare incipiunt, teste Langlæo. Illud sanè diligenter observet, ne à centum-viribus, id est, difficilioribus auspicietur; ex sententiâ Quintiliani, Plinij & aliorum.

XLI.

Officium Advocatorum est, adesse litigantibus, proinde suggerere clientibus, quod justum existimaverint, mane surgere, & esse diligentes; Item obtem-

perare præceptis iudicis, assignantis eum huic vel illi parti; si non habeat justam excusandi, veluti liti improbæ non suscipiendæ, vel quod uterq; litigantium æquè conjunctus sit &c. causam. Nam & iudex ex officio pauperi, vel alij, qui non potest Advocatum habere, debet idoneum attribuere; qui vel invitus ad agendum cogi potest. Hoc tamen casu tum demum Advocatus gratis tenetur officium præstare, si clientes doceant de paupertate. Quomodo verò paupertas probetur? hoc ab arbitrio iudicis dependet. Sanè in Electorali nostrâ Curia solet id fieri jurejurando. An autem pauper si victor fuerit in lite, possit expensas ab adversario recuperare pro advocato, quem gratis habuit? ubi nimirum expensas verè non solvit? Affirmat Bart. & Aret. Negat Bald. & Paul. de Castro. Alij distinguunt. Negativam tentabimus defendere.

XLII.

Pertinet etiam hoc ad ipsorum officium, non prævaricari, non in licentiam convitiandi prorumpere, non cavillationibus uti, quicquid Parlador. Mynsing. Covarr. Dec. & alij contra statuunt; non pacisci cum Cliente de quota liti. Consortibus tamen liti quod vendere liceat multi statuunt; & pactum de quota liti, si fiat ratione palmarij, seu victoriæ, valet. Gail. teste. Non debet etiam litem de industriâ protrahere, atq; protelare; nec ultra biennium à iudicij loco abesse; & decorum est in iudicio stet, non sedeat: nec odiosis, & superfluis allegationibus, in re minimè dubiâ iudicem & semet oneret,

neret, ne ipsi dicatur: *VENITE AD FACTUM, curia tenet jura.*

XLIII.

Potestas Advocati tanta est, ut prodesse agendo clienti suo semper possit, nocere non item. Si quid igitur advocatus falsi dixerit in causa dolo malo, nec absenti, nec præsenti clienti nocet; sin per errorem, præsenti quidem nocet, ita tamen ut perperam allegatum, intra triduum, contradicendo, vel etiam appellando, possit emendari: absenti verò nihil obest.

XLIV.

Sunt etiam *Premia* certa, quibus afficiuntur Advocati, veluti salarium, quod etiam solatium (*Eine Ergebung*) & honorarium *eine Vorehrung* appellatur. De quo quæri solet; possintne salarium Advocati petere? & quantum? Deinceps quousq; petere possint? & quando & ubi? vicissim quo remedio petant? & an transmittant ad heredes? Item num Advocati jus prioritatis habeant in salario? & sintne quædam alia salarij privilegia? Etsi verò videri poterat, salarium Advocatis aliquod non deberi: verius tamen est, licitum esse atq; permissum Advocatis, pro operâ Advocationis & patrocinio salarium exigere atq; recipere; per rationes elegantes, quas inducunt, Ayrer. & Ruland.

XLV.

Quantum autem salarium petere debeat Advocatus?

catus? id taxa & stylus cuiusq; loci docebit. In salarijs etenim stylus & consuetudo dominatur; Unde & salarium styliarium, nomine mutato, vocatur. Potest tamen, si magnitudo causæ postulet, amplius quàm in taxâ continetur, peti; & iudicis arbitrio committi. Quo casu per interlocutoriam taxatur, & decernitur, ut in primis à taxatâ summâ deducatur, quod antea in solutum datum est, Was sie zuvor/ darauff empfangen/ uti Gail testatur. An autem Advocatus in suâ propriâ causâ, si adversarius in expensas condemnatur; aliquid honorarij pro operâ navatâ exigere possit? Cur non; si petat in causam damni? Fiunt etiam rectè pactiones de honorario Advocati: modò pro singulis causis non exigat amplius, quàm aureos centum. Nam quòd amplius pactum est, non valet: licet aliter sentiat Anton. Faber.

XLVI.

Quousq; verò salarium peti poterit? & quando? itemq;, an transmittatur ad heredes? Et sciendum est, totius anni salarium deberi; si advocatus vel initio vel medio anni moriatur, aut aliàs, se vivo, per ipsum non stet, quo minus operas suas præstet. Nec dubium, quin illo casu transmittatur ad heredes, ejus tamen anni salarium, non aliorum annorum, ut rectè monuit Mynfinger. Ad heredes autem omnes, tam extraneos, quàm liberos, tam ab intestato, quàm ex testamento, juxta Donell. Quando verò peti possit? in eo non consentiunt. Quidam existimant, salarium à principio litis solvendum esse: Quam opinionem, ceu veriore, amplectitur. Alexand.

xand. Alij crebrius censuerunt, finitâ demum causâ illud deberi. Quæ sententia in Camerâ frequentius obtinuit; teste Mynsingero. Et verior est, quicquid Alciatus contra nitatur.

XLVII.

Sed quali remedio uti debent ad salarium consequendum Advocati? & num hac in re privilegium aliquod cognoscamus? R. si sunt pacti, competit condictio certi vel actio ex stipulatu; sin secus videtur competere condictio ex lege; si verò non competat actio, petere possunt, officio iudicis implorato, quippe quod Advocato debeatur salarium etiam sine conventionione, juxta Pontan. Privilegium autem salarij in eo est, quod Advocati non teneantur pro exigendo salario adire iudicem ordinarium illius, qui salarium solvere detrectat; sed petere possint in loco, ubi causa fuit ventilata: Et possunt citationem; aut si labores judicialiter per sententiam iudicis fuerint taxati, monitoriales vel etiam executoriales impetrare. Est etiam hoc privilegiû, quod censeatur jure quasi castrensis peculij. Et tribuunt etiam Beuterus & alij salario jus prælationis. Quorum opinio juvari poterat, quod etiam salarium Medicorum sit privilegiatum, juxta quosdam. Veruntamen quod Advocatorum salaria dijudicari debeant secundum regulas juris communis; ait Hartman. Pister: quem sequitur Iohan. Köppen. Et sic aliquoties scimus observatum.

XLVIII.

Sunt etiam alia quædam advocatorum præmia; veluti personalium onerum immunitas. Quam ei si

D

statu-

statutus & Doctor sit, tribuimus; etiamsi non sit actu legens, contra Bartol. Item, quod ipsorum filij cæteris extraneis præferantur; nimirum, si sint alij pares. Nam & Baldus & Bolognin. & Benincas. volunt in Doctorum filijs observari, quod magis debeant ad lecturam assumi, quàm alij: sed ita, si sint scientiæ æqualis. Militari tamen jure testari non possunt: uti Donell. Schneidvv. & VVesenbec. rectè; frustra dissentiente Horat. Luc. Grass. Vigl. & alijs. Sed, etsi directa substitutio à milite facta, sustineatur in secundum casum ultra pubertatem, per vim fideicommissi; privilegium tamen hoc militum, ad Doctores & Advocatos non est extendendum; quemadmodum Coras. adversus Alexandr. & alios docet.

IXL.

Hæc ferè de præmijs: imminent tamen etiam Advocato ratione neglecti vel transgressi officij *certe pæne*. Nam interdum advocatione ipsi interdicitur; interdum ignominiâ notatur: nonnunquam ipsi pœna deportationis infligitur, interdum unius libræ auri condemnatione mulctatur, & arbitrariâ nonnunquam afficitur pœnâ, sed & clientulis suis interdum ad interesse propter negligentiam; & si malum consilium fraudulenter dederit, tenetur.

L.

Est autem officium Advocatorum publicum, & honorabile, vitæq; maximè necessarium; & periculosum Advocatos partium audire nolle. Quod si audire nolit, iudex eo ipso se suspectum facit, & facit litem suam; ut votum Camerale rectè concludit.

Pars



PARS TERTIA.

*De Procuratoribus, & rebus quæ in
judicium deducuntur.*

Cujus positiones defendet,

CAROLUS SITOVIVS,

ANCLAMENSIS POMER:

LI.

Hactenus de Advocatis. Ordinarium est, ut de
procuratoribus videamus. Quod antequam fiat,
pauca quædam de infamiâ *ως εν παροδω* prælibemus.
Nam & in Dig. & Cod. tractatus de infamibus inter-
jectus. Etsi nos non lateat, rectius eum ad præce-
dentia, quàm sequentia continuari. Est autem infa-
mia existimationis, ob turpitudinem aliquam vitæ,
contractum damnum; seu dignitatis læsæ conditio,
seu famæ vel existimationis imminutio. Et vel juris
vel facti; licet Donell. & Gifanius hanc non admit-
tant. *LI.*

Infamia juris est infamia, quam ob turpe factum
nocenti jus infligit; vel solum, vel interdum nõ nisi
judicis accedente sententiâ. Infamia facti est infa-
mia, quæ opinione hominum honestorum constat,
licet jure non notata. Et est utriusq; dispar effectus.
An autem crimen stellionatus infamiam irrogat?
Alij aliter distinguunt & interpretantur. Ant. Fab.

D 2

manum

manum admovet, & existimat negationem Ulpiano detrahendam. Nos distinguimus an ex famosa causâ sit, an secus. cum Ioh. Accurf. Duaren. Donell. Cujac. Robert & alijs comm. etiam in ictu fustium causam attendendam statuentes.

LIII.

Hæc incidenter. Nunc ad Procuratorem. Procurator autem est, qui negotia aliena mandatu Domini administrat; & multis modis ab Advocato distat, Est q; Procurator, vel ad negotia vel ad litem. Et iterum vel specialis ad certam nimirum rem, vel ad unum duntaxat negocium, vel universalis, ad universa bona constitutus: qui & generalis. Isq; vel cum liberâ, vel sine liberâ. Quamvis enim Duaren. Baro, Donell. Gifan. Hedeman, & alij quidam docti viri, distinctionem illam repudient: nos tamen eam cum communi scholâ Doctorum, quos hodiè sequuntur Cujac. Hotom. Pac. & alij, defendendam suscipiemus.

LIV.

Non omnes autem *Procuratores dare* possunt. Prohibentur enim alij naturâ, alij lege. Quos singulatim recensere, tædiosum & longum foret. In illud controversum hic inquiramus. An pater in bonis filij, in quibus usumfructum habet, sine ejus consensu procuratorem ante litem contestatam constituere possit. Negat Innocentius: Bartol. affirmat. Nos, cum Viris Clarissimis, interesse putamus, an proprietatis, an ususfructus negocium tractetur.

LV.

Disceptant etiam; Procuratoris datio, sitnè legitimus actus? Affirmat Hotom. Negat Cujac. Cui propterea, quod Procuratoris datio neq; lege scripta sit instituta, sed moribus: neq; verbis certis & solennibus fieri solita, palmam damus: præsertim cum in quæstione principali, Num legis actiones à legitimis actibus differant? Hotom. omnes relinquunt, & ad Cujacij partes secedant Briffon. Rævard. Eberlin.

LVI.

Procuratores autem dari possunt, omnes qui non prohibentur. Prohibentur autem quidam iterum naturâ, quidam lege. An ex prohibitorum numero sint minores 25. annis? disceptatur, Et est communis opinio, quod minores 25. annis procuratores ad judicia dari nequeant: Quam etiam jus Canonicum approbavit, & post alios sequuntur Duaren. Myns. Vant. Schneidvv. VVesenbec. Nos statuimus minorem 25. annis ad lites quoq; justum procuratorem esse, & barbarum jus (ut Cujac. & Donell. loquuntur) nitidissimo civili juri tenebras offundere non debere; cum ipsis; & præter ipsos, Pac. Hotom. Hedeman. Cothman. Bronchorst. &c.

LVII.

Infames sanè non poterant olim procurare; Deinceps ex jure Iustinianæo ad Procurationem sunt admissi: De jure Canonico infamis persona Procurator esse nequit: quod, tanquam honestius, etiam mores nostri ferè sequuntur in benè constitutis judiciis, ait Hugo Donell. Et quod hoc hodie servetur Gail. & Zanger. testantur.

LVIII.

Non passim quoq; & sine delectu in omnibus causis aut negocijs procurator admittitur. Nam hereditatis aditio, & similes quidam actus legitimi, per procuratorem expediri non possunt, secundum Cujacij doctrinam, etsi dissentiat hinc inde Duaren.

LIX.

Nec verò de eo constat, an in criminalibus causis Procurator vel defensor admitti possit? Et sunt hinc variæ Dd. opiniones. Alij namq; distinguunt inter genera causarum. Alij inter eum qui suo, & eum qui mandantis nomine iudicium instituit: Alij ex parte quidem Actoris admittendum, non item ex parte Rei: Alij distinguunt inter capitalia publici iudicij, & quæ non publici iudicij. Pleriq; tamen & communiter statuunt, Procuratorẽ ad prosequendum, aut defendendum, intervenire nõ posse; posse tamen ad causas innocentia & absentia allegandas; Atq; ita docent Joh. gloss. Bartol. Bald. Salyc. Duaren. Donell. Wesenbec. &c. Cujac. tamen & Vultejus contra, quod non solum quoad absentia & innocentia causas, defensor in criminalibus intervenire possit, sed etiam quoad merita causa, seu ut Cujac. loquitur, in integra causa. Nobis lubet, distinctionibus & doctrinis aliorum & hanc postrema spretis, communem defensare.

LX.

Planè si Procurator ad causam competentem agendam, interveniat, mandati sui fidem facere tenetur. Nam aliàs ipsi opponitur exceptio legitimat

tionis

tionis personarum. Legitimitas namque requiritur in omnibus judicijs, etiam si de plano & simplici procedi debeat. Est autem hæc exceptio dilatoria, ideoque ante litem contestationem opponi debet; & peti, ut adversarius mandatum producat, aut si productum mutilum sit, caveat de rato: Quod, si à tutoribus vel Curatoribus mandatum habet, necessum est, ut tutorium etiam, & curatorium exhibeat. Quid verò si certum sit, alterius nomine litigantem, mandato prorsus carere; an tunc ad agendum admitti debeat, si offerat satisfactionem de rato habendo? Nos negativam propugnabimus cum Bartolo, contra Accur. & Donell.

LXI.

Cæterum hæc restrictione, nisi sit conjuncta persona; Ut sunt parentes & liberi, Magistratus & subditi, maritus & uxor. Hi namque de rato caventes, admittuntur, si non constet evidenter, conjunctam personam dissentire. An autem admittatur etiam amicus pro amico? Ita quidem censent Bartol. Cyn. & Joseph. Ludov. sed nos cum Gailio, Vultejo & alijs negativam tuebimur.

LXII.

Cum autem uxor potestatem agendi per sese, dare de jure Saxonico possit etiam marito, (Ihrem Ehlichen Vormundt) quaeritur, An ad hoc opus habeat speciali curatore? Affirmant quidam Saxonici juris Interpretes. Sed alij sufficere putant, si mulier per sese, coram iudice, marito causam vel litem commiserit; nostro quidem iudicio rectius.

LXIII.

Sed cum hodie clausulas habeant certas ac solennes procuratoria mandata : quæri solet, An omis-
sio clausulæ de ratum habendo, item de lite conte-
standa vitient mandatum ? Etsi verò sint, qui cen-
seant omissione clausulæ ratificatoriæ vitari man-
datum ; alij adjectione ipsius ampliari & extendi.
Nobis tamen cum Rauchbaro, videtur clausulam in-
anem esse & superfluum : de consuetudine causidi-
corum solitam apponi : quemadmodum & obti-
nuimus sententias, pro mandato tali clausulâ carē-
te. Sed & altera clausula, de lite contestandâ, si ma-
ximè fuerit omissa, mandatum non vitiat, ut Gail.
& Mynsing. observârunt, secundum quam senten-
tiam, in Collegio nostro fuit pronunciatum. Tutius
tamē est, ut, evitandæ disputationis causa, miscean-
tur. Abundans enim cautela non nocet.

LXIV.

Probatur autem mandatū Instrumentis, tam pub-
licis, quàm privatis ; item testibus, item libello
principi de procuratore ordinando oblato ; vel epi-
stolâ ad adversarium missâ. Præsumitur etiam è
traditione Instrumentorum, ad causam pertinen-
tium ; An etiam ex temporis diuturnitate ? Affir-
mat Vasq. Negat Balb. Alij aliter distinguunt. Nos
putamus, si scientia & patientia domini concurrat,
præsumi ; cum Mascardo.

LXV.

Etsi verò sit, qui mandatum ex parte rei nullum
requirat, nos tamen opinamur, quod defensori non
secus incumbat onus satisfaciendi Judicatum solvi ;

atq;

atq; de rato cavere tenetur actor. Quippe quod citra satisfactionem, nemo sit alienæ litis idoneus defensor. Nec interesse putamus, sitne de rato cautum, an non: cum utroq; casu satisfacere teneatur. Sanè si defensor spontaneus sit, non absurde fortassis dicetur, ipsum præter solitam judicatum solvi cautionem, etiam de rato præstare, toties, quoties periculum est; ne Dominus retractet, quod est actum.

LXVI.

Quid autem, si post litem contestatam dominus moriatur; novum desiderabitur heredum mandatum? Negativam juri civili magis conformem esse tuebimur, quamvis affirmativa communiter & in Camera sit recepta.

LXVII.

Nemo verò cogitur procurationem suscipere, nec eam, ut textus habet, ultrà, nisi provocationis causâ extēdere. Ergo, si sententia sit adversa, tenetur appellare procurator, & defensor; aut si nolint, Domino tempestivè renunciare. Num verò Procurator & defensor appellationem interpositam persequi teneantur? Affirmat cum Placentino Donell. Negant Bartol. & alij Dd. com. sunt qui distinguant inter appellationem ab interlocutoriâ, & definitivâ. Affirmativam nos defendemus.

LXVIII.

Præstitâ idoneâ cautione, compellitur actor, etiam invitus, litigare cum procuratore rei sive defensore. An verò vicissim defensor post interpositam judicatum solvi cautionem præcisè judicium

E

acci-

accipere cogatur? an verò sufficiat committi stipulationem ob rem defensam? Nos distinguendo, sed aliter quàm Accursius, nos expediemus.

LXIX.

Potest etiam procurator domino nocere. Sic enim negligentia vel dolus procuratoris non appellantis, nisi fortassis intervenerit collusio, domino nocet. Nec ea propter in integrum restituitur, modo actione mandati, tantundem consequi queat, quanti suâ interfit, contumaciam admissam non fuisse. Quid autem si procurator non sit solvendo? Bart. & Felin ipso jure rem integram esse domino existimarunt. Panormitan. Matth. de Afflictis & alij contra, quod hoc casu ne quidem restitutio datur: quos novissimè sequitur Gothofred. sed benignius est, ut dominus restitutionis beneficio sublevetur; quemadmodum eleganter deduxit, post Cæpoll. & alios Hartman. Pistor.

LXX.

Sed nec illud dubio caret, an dominus ea, quæ per falsum procuratorem gesta sunt, ratificare possit? & posse, cum Gailio contra Salycet. Mayner. & alios, concludimus

LXXI.

Haftenus de personis ad iudicium pertinentibus, tam principalibus, quàm accessorijs. Videamus etiam de rebus in iudicium deducendis. Deducuntur autem in iudicium res potissimum duæ; ab auctore actio, & si quid actionis vim habet: à reo exceptio, & si quid exceptionis vicem obtinet. Utramq;

tramq; plenè cum speciebus tractare, non est hujus loci : genera saltem tangamus.

LXXII.

Est autem actio jus (id est, formula, sicut interpretantur Ultramontani, seu ut alij, facultas & potestas) persequendi in judicio, quod sibi debetur. Quo verbo non actio personalis duntaxat, ut cum Hotom. quidam censent, sed etiam realis continetur juxta communem & receptam sententiam.

LXXIII.

Estq; ambitu latissimo, quo ferè jus actionũ omne absolvitur, vel in rē, vel in personam, vel mixta. Præjudiciales enim ad personales: Interdicta verò ad reales actiones referimus. Non ignari, quod in illo Dyn. Coras. Hotom. in isto Donell. Hotom. Coras. & alij dissentiant. Actiones autem aliquas esse quæ mistam causam habent, tam in rem, quam in personam; omninò statuimus cum Hotom. Cujac. Vvesenbec; contra Coras. Donell. Vultei. Harprecht. &c.

LXXIV.

Exceptio (cujus mater æquitas juxta Tyraquell,) nihil aliud est, quam allegatio reo competens: seu defensio, qua certis & justis ex causis reo tribuitur auxilium; adversus actoris intentionem. Est autem præcipua exceptionum divisio, quod aliæ sint temporales, & dilatoriæ; perpetuæ aliæ seu peremptoriæ. Dilatoriarum hoc commune præceptum est, quod ante ingressum & contestationem litis de-

E 2

beant

beant opponi. De peremptorijs vulgò tradunt, quod ante litis contestationem opponi nequeant: quod falsissimum esse Gifan. scribit. Et sanum sanè consilium est, peremptorias opponere ante litem contestatam, præsertim, si versemur in notorijs; & in continenti probari possint. Cæteroquin si altiorem indaginem requirant, solent post litis contestationem reservari.

LXXV.

Breviter, res quæ in iudicium deducitur, est quæstio, seu res cōtroversa, coràm iudice ejus dirimendæ causa, proposita. Eaqu; vel facti vel juris. Facti quæstio magis est in arbitrio iudicis circumspecti, & cauti: Juris quæstio magis ex legibus & jure depro-
menda.



PARS

P A R S P O S T R E M A .

De ordine sive formâ, & item de fine judiciorum.

Ad quam respondebit

Johannes V Vilhelm

Unzer, Halens. Sax.

LXXVI.

Restat, ut de ordine judicij, videamus, non tamen solenni modo, sed velut in transcurso. Ordo verò judicij consistit in rei controversæ disceptatione, & disceptatæ decisione. Disceptatio regulariter à supplicatione sumit initium, quâ petitur, ut citatio & processus decernantur: Ubi quæritur, si qualitates actionis fundandæ sufficientes non fuerint, judex tamen citationem decreverit, an expensarum nomine, processu cassato, conveniri possit? Quod cum Mindano negamus.

LXXVII.

Ad supplicationem decerni solet citatio, quæ judicij universi quasi principium est, & fundamentum, & ne quidem ab Imperatore potest omitti; nec statuto tolli; nec tamen citra partis instantiam decernenda, si non ex officio judex procedat. Et solet hic quæri; Num tota supplicationis copia sit inferenda, num vero sufficiat, si causa generaliter exprimat, modo citatus cognoscere possit, quare citetur? Quod postremum verius est.

LXXVIII.

Effectus citationis, quod si citatus protervè non compareat, in contumaciam procedatur. Circa quam rem quæstionis est non adeò facilis. Num propter rei non comparentis contumaciam, sequestratio judicialis sit permessa? Affirmativam post Coras. Coler. & alios propugnat Cludius: Negativam acriter tueretur Goëdd. Videbimus si, præviâ tamen distinctiunculâ, Goëdei doctrina defendi possit.

Cita-

LXXIX.

Citatione expedita, actor libellum in termino Citationis offert. Ubi quæritur, an libelli oblatio partium conventionem remitti possit? an expressio nominis in libello sit necessaria? An plures actiones uno libello quis complecti possit? Prius illud adversus alios cum Colero, posterius hoc cum Gail: nos affirmamus. In altero verò distinguimus inter jus vetus & novum. De jure Dig. necessum fuit actionem in libello designari; licet Vacun, VVesenbec. & Mynsing. contrarium statuunt. Hodiè verò specialiter exprimi non est necesse, nisi fortè causa agendi talis sit, ex qua plures actiones oriantur: juxta Dd. comm.

LXXX.

Libellum emandare licet. An toties quoties actori visum fuerit? Nos arbitrio judicis committimus. Mutare sane libellum, post litis contestationem, non licet: juxta Dd. comm. quos sequuntur Gail. Frider. Mindan. Bronchorst. &c. licet dissentiant: Donell. Cujac, VVesenbec. Vacun. Ne quidem si libello inserta sit clausula *salvo jure, addendi, mutandi &c.* ut Jason. Panormitan. Cels. Hug. contra quosdam statuunt. Quid autem si libellus obscurus oblatus sit, licebitne heredi mutare? Negam,

LXXXI.

An autem ineptitudinis argui possit libellus, si ei inferatur clausula, *Non in forma solennis libelli, sed simplicis petitionis, nicht in form eines stertichen libels, Sondern nur schlechter erzehlungs weiß?* Ita quidem VVesenbec. tradit, allegans Modestinum Pistor. Sed hoc nunquam, sed contrarium scimus observatum.

LXXXII.

Etsi verò Muscatellus dicat, quod Advocati non debeant permittere, se juvari & remitti, ad communes clausulas opponi solitas in fine libellorum: non tamen dubium, quin illæ clausulæ *omni meliori modo; item victum in expensis condemnari peto; item petens jus & justiciam administrari, suam utilitatem habeant; præsertim*

ferrim si huic adijciatur clausula, & quod in jure deest suppleri. Nam operatur ut judex ex officio possit expensas decernere. dicit Frideric. Mindan.

LXXXIII.

Libello oblato Reus pro more fori Saxonici, & vigore constitutionis Electoralis, omnes suas exceptiones, sive declinatorias sive dilatorias, ut satisfationis, gravandæ &c. in primo termino simul opponere, & confestim litis contestationem saltem sub conditione, & in eventum, illis subjungere debet. Quid autem, si reus juramento firmare velit, exceptionem dilatoriam demùm post elapsum terminum in noticiam sui pervenisse? Cum Panorm. Mynsing. reliquis, censemus audiendum.

LXXXIV.

Sicut autem exceptio impedit actionem, ita quoq; replicatio exceptionem, duplicatio replicationem, triplicatio duplicationem; non tamen hæc consequenter, & ita in infinitum, ut videtur Henning. Goëden. sensisse. Nam certus finis & modus constituitur plerumq; in judicijs, per judicem & Magistratum: In Camera Imperiali ultra quadruplicam vix procedere licet. In his terris litigatores ante litem contestatam, vivâ voce proponunt, mutuisq; dictandi vicibus ternis repetitis judicis cognitioni se submitunt. Publicatis verò probationibus, à tempore acceptæ copię excipiendo, duplicando, replicando & triplicando, & sic alternis duabus vicibus, nec pluribus, interjecto spacio sex septimanarum, jus suum super probationibus in scriptis deducentes, judicisq; definitivæ sententiæ se submittent, concludunt. A quâ sicut & ab omni aliâ sententiâ, si leuteretur, prosecutio non aliter, quam vivâ voce ternis (in Curia tamen plerumq; binis) dictandi vicibus repetitis fieri potest.

LXXXV.

Si Actor satisfando, guarandam corporaliter præstando, respondendo, vel alio quocunq; modo exceptiones atque contentiones

tentiones rei declinavit, tunc Reus absq; ulteriore tergiversatione respondere & litem contestari tenetur. Et ab hac parte iudicium incipit revera; atq; desinit in sententia definitiva; sunt enim hæ duæ principales iudicij partes: & intermediae velut probatio, & similes, potissimum huc spectant.

LXXXVI.

Est autem litem contestatio nihil aliud, quam iudicij constitutio, facta affirmatione unius, & contradictione alterius litigantis. An autem omnis litem contestatio sit negativa? & item an litem contestatio fieri possit per inficiationem vel actionis, vel exceptionis, vel replicæ, Duplicæ? &c. De his duabus questionibus, ingens inter eximios duos Germaniæ IureConsultos, unius loci Professores, pugna fuit exorta. Nec destituitur quidem uterq; rationibus nervosis. Alter habet adminiculum usum ferè quotidianum Practicum. Ex alterius parte stant Gifan. & alij quiq; doctissimi viri; eumq; Niellius nominatim defendit. Nos, si quis à nobis inquirat, mentem nostram inter disputandum aperiemus.

LXXXVII.

De illo disceptant etiam Interpp. Si quis protestatus fuerit, se litem contestari nolle; & tamen simpliciter, & negativè respondeat; an litem contestatio nihilominus facta censeatur? Negat. Sichard. & Mynsinger. Affirmat Alciat. Gail. Alij distinguunt, ex intervallone, an eodem tempore responderit? Nos affirmativam sententiam defendemus; & nec opus esse statuimus, ut respondens asserat, se respondere animo litem contestandi; contra Canonistas. & Termin.

LXXXVIII.

Habet autem litem contestatio complures effectus. Inter quos, quod actiones, tam reales & temporales, quam personales hodiè 30. annorū spacio circumscriptas, ad 40. annos extendat, uti P. Fab. & Hotom. docent, contra Cujac. etiam actionem de dolo; uti Cujacius ipse contra Cujac. Donell. & Vvesenb.
item

item quod non modo præscriptionem, ut doctus vir opinatur, sed etiam usucapionem interrumpat.

LXXXIX.

An obligationem novet litis contestatio? non est expeditum. Donell. & Goëdd. affirm. non quoad quosdam saltem casus, sed generaliter; nec etiam, quoad impropriam novationem. Contra Zanger. quod his modis puta litis contestatione, rei judicatæ actione &c. non propriè fieri Navationes dicantur, sed impropriè. Et ita quoq; Sebast. Medic. Quod nos, quam prius illud, verius putamus.

XC.

Num etiam efficiat, ut in strictis actionibus, usuræ debeantur à tempore litis contestatæ, citra stipulationem? Negam. cum Gomez. Dyn. Platean. Mynsing. Benincas. Duaren. Donell. Cujac. Anton. Fabr. Borch. Goëdd. Bronch. Clud. *contra* Baron. Coras. Costal. VVesenbec. Vulrei. Harprecht.

XCI.

Lite contestatâ, positionibus quidem & responsionibus, mediante juramento dandorum & respondendorum fiendis, apud nos non utimur. Sed rectâ cui probatio injuncta, se accingit ad probandum, & tenetur intra terminum juris Saxonici, à tempore rei judicatæ computandi, non tantum articulos probatorios offerre, sed in sollicitando apud judicem, sive ordinarium, sive delegatum diligentiam adhibere, An verò terminus iste partibus petentibus prorogari possit. Affirmam.

XCII.

Fit tamen ubi quis non per testes, & Instrumenta, probare velit, vel possit; sed deferat jus jurandum. Quo casu quæri solet. Utrum is cui delatum est jusjurandum, exigere possit calumniæ juramentum à deferente; etiam tum, si delati jurisjurandi præstatio ipsi per sententiam fuit injuncta; & is ante in actis istud injungi deferenti non petierit. Quod affirmam. cum Rauchbar.

F

An

XCIII.

An autem præstito à litigatoribus juramento calumniæ generali (quod tamen apud nos non est in usu) ab eo qui detulit juramentum judiciale, nihilominus speciale calumniæ juramentum exigi possit? Et num locum habeat etiam delato suppletorio, purgationis, & similibus necessarijs juramentis? Illud affirmam. hoc negamus; iterum cum Rauchbaro.

XCIV.

Articulis igitur oblati, præfigi solet terminus ad producendum. Ubi sanè uterq; litigans comparere debet, ad videndum produci, & jurare testes; & recognoscendum, & is quidem contra quem producitur, Interrogatorijs instructus. Etsi verò recognitiones fieri possunt per Procuratorem, & Procurator recognoscens domino præjudicet, si tamen Procurator neget se scripturam aut sigillum nosse, tùm dominus ipse aut recognoscere, aut mediante juramento cogitur diffiteri, etiam si comes sit, ut notat Donell. Moller.

XCV.

Recipiuntur igitur testes & ni partes remittant, juramentum præstant, & ipsorum dicta fideliter annotantur. Contra quæ ut & contra personas ipsorum, si quis habet, quod excepiat potest illud facere post publicationem attestatum, eo ordine qui supra relatus fuit. Quod si factum & conclusum fuerit, pronunciat sententia definitiva. Qua si quis læsus fuerit, habet beneficium leutationis, & appellationis. Cetero qui si per Leutationem, & appellationem intra decendum suspensa non fuerit, transit in rem judicatam; & facit ex nigro album, & ex albo nigrum, & æquat quadrata rotundis. Et ne quidem prætextu novorum Instrumentorum retractari potest. An autem sententia lata ad consilium peritorum transeat in rem judicatam. Negat Jason. Affirm. Panormitan. Cujus sententia Electorali nostra constitutione confirmatur.

XCVI.

Illud autem circa leutationem controvertunt Interpp. juris

juris Saxonici. An nim. beneficium. l. per hanc. C. de temp. & reparat. appell. locum habeat in leutatione? Negat Goldstein. & Andr. Knich. Affirmant Schneidvv. Möller. Pruckm. qui testantur hoc usu seruari. Nos distinguemus.

XCVII.

Ad materiam appellationis illud unicum libeat inquirere. Num à sententia desertionis liceat appellare? Quod affirmamus, cum Gail. Marant. VVurmbsero & alijs, licet vir doctissimus in aliud iverit.

XCVIII.

Et hæc quidem de ordine judiciali, non ad saturitatem, sed ad gustum. Finis agendi, judicijq; litigatoribus quidem ut obtineant, judici autem ut jus dicat, & dicendo suum quibus oportet tribuat.

XCIX.

Solvitur judicium multis modis, veluti transactione, desertione, & eremodicio contracto; & quotiens, qui judex fuerat, id esse desinit, quod fit, aut ex lege dationis, id est, si tempus intra quod judicare jussus, elapsum sit: Aut à personâ ejus, qui judicem dedit, si nimir. is revocat jussum suum de judicando: si tamen decesserit, qui judicem dedit, propterea judicium non solvitur. A personâ quoq; judicis dati solvitur, si judex minus idoneus depræhenditur, aut non cogi possit judicare.

C.

Illud ordinem hunc claudat merè simpliciterq; Theoricum; An in Digestis reperiantur tituli generales? Negat Cujac. Affirmant Duaren. Donell. Hotom. Robert. Cont. Gothofr. & nominatim de tit. D. de judic. Egvin.

Baro. Nos cum Iohanne Dauthio distinguemus &c.

F I N I S.

Errata inter excudendum

ab operis commissa, deinceps in revisione animadversa.

pag. 4. th. 3. pro caventum lege cavendum.

pag. 7. th. 10. lin. 1. pro est, lege etsi. lin. 3. pro etsi, lege est.

pag. 9. th. 15. lin. 4. pro hac, hoc & lin. seq. pro senatusconsultus, lege senatusconsulto, pag. 12. pro remisso, lege remissio.

pag. 15. pro ὄφεις μὲνοι, lege ὄφνης μὲνοι. pag. 16. th. 39. lin. pen. in. verb. prohibentur, verte u. pag. 19. th. 36. lin. 5. post vocab. indoctus pone, lin. fin. distinctionem, qua habetur post ubi, dele eidem vocabulo premitte.

pag. 20. th. 38. lin. 9. pro discatiat, lege discutiat.

pag. 25. th. 47. lin. pen. pro Pister. legatur Pistor.

pag. 36. th. 75. lin. 1. pro judicum, lege iudicium.

pag. 37. th. 77. lin. 5. pro inferenda, lege inferenda.

pag. 38. th. 80. lin. 1. pro emandare, lege emendare.

Ead. pag. th. 82. lin. 2. pro opponi, lege apponi.

pag. 39. th. 82. lin. 3. pro Frideric. lege Frider. Ead. pag.

th. 83. lin. 3. pro gravandæ, lege guarandæ.

pag. 43. in fin. debeat &c. & ponatur.

Si qua alia, praesertim in disputatione, supersunt, committuntur industriis, cuiusvis corrigenda.

DEO fit laus, honor &
gloria.

ERRATA INTER EXCUBENDUM
ad opus continens deinceps in re
hinc animadvertit

pag. 1. lib. 1. pro cavendum leg. cavendum
pag. 7. lib. 1. in re est leg. est. pag. pro est. leg. est.
pag. 2. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 3. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 4. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 5. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 6. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 7. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 8. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 9. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 10. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 11. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 12. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 13. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 14. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 15. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 16. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 17. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 18. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 19. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 20. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 21. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 22. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 23. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 24. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 25. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 26. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 27. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 28. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 29. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 30. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 31. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 32. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 33. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 34. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 35. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 36. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 37. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 38. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 39. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 40. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 41. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 42. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 43. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 44. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 45. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 46. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 47. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 48. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 49. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 50. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 51. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 52. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 53. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 54. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 55. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 56. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 57. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 58. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 59. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 60. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 61. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 62. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 63. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 64. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 65. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 66. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 67. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 68. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 69. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 70. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 71. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 72. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 73. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 74. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 75. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 76. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 77. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 78. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 79. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 80. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 81. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 82. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 83. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 84. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 85. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 86. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 87. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 88. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 89. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 90. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 91. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 92. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 93. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 94. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 95. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 96. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 97. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 98. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 99. lib. 1. pro hac re leg. hac re
pag. 100. lib. 1. pro hac re leg. hac re

Deo sit laus, honor &
gloria.



Wittenberg, Diss., 1587-1612

ULB Halle

3

002 392 011





TA → OL

VD17

Retrokonv.,







3035

70

D. O. M. A.
Theses.

De Judicijs.

1598

Quas

Jussu scituq; amplissimi Collegij Juridici,
Sub Præsidio

VALENTINI GVILIELMI FORSTERI J. V. D.


Juridic. Facult. adjuncti, & Judicij
Electoralis Curia
Advocati,

Pro gradu Doctoratus in utroq; jure consequendo, defendent.

BCNAVENTURA COTTA DE GOTTHIS GOTHANUS,
FERDINANDUS SEANER DRESDENSIS,
CAROLUS SITOVIVS ANCLAMENSIS POMER:
OHANNES VVILHELMUS LINTZERUS HALENS. SAXO.

Habebitur disputatio

In auditorio majori, majoris Collegij,
18. Decembr. horis matutinis
& pomeridianis.



VVITEBERGÆ.

Typis VVolfgangi Meisneri.

1598